

AD LECTOREM.

tiâ eorum, quæ ad solvendos ejusmodi nodos necessaria sunt, expedire queant, perspicere haud possum. Sanè, non rarò aliqui ex auditoribus in tantas conscientiæ angustias prolabuntur, ut cum desperatione lucentur, & salus eorum in magnò periculò versetur: ubi maximè in Ministro Ecclesiæ scientia requiritur, ne tūm ipsius, tum auditoris conscientia periclitetur aut magis magisque saucietur, & anima auditoris perdatur, atque de manu Pastoris non sine ingenti ejus malo à DEO requiratur. *Unius enim animæ*, inquit Chrysostomus, Episc. Constantinop. Homil. 3. in cap. i. A&t;or. *perditio tantam habet ja&cturam*, ut nulla ratio possit æstimare. Etenim si unius animæ salus tanti est, ut ob hanc Filius Dei fieret homo, tantaque patere-

X 3 tur